

res aliquando virtus habetur. Ut nos contra timorem hunc adeo perniciosum confirmet, Dominus nobis inquit per Isaiam; *Nolite timere opprobrium hominum? Ad quid enim tandem humanus iste contemptus redigitur? Ad adus, & verba. Dere- linquimini, rejiciamini, humiliabimini: eritis ob- jectum obredationis, & irrisionis: hac ea sunt, quæ ne timeatis, imperat Propheta, & cur? Quia malum hoc perfunctorium est; cujus auctores quam- primum vobis obesse non poterunt, cum interim præmia patientiæ vestræ promissa æque ac Deus, ipsorum auctor, sunt duratura: *Comedet eos ver- mis. . . . Salus autem mea in sempiternum erit.* Propheta sexcentas alias asserere poterat cautas, ne hominum contemptum formidaremus; sed in hac immoratur, quia ad omnem ex cordibus no- stris timorem exterminandum est presentissime. Fieri enim nequaquam potest, ut aliquis bonus esse non audeat, cum sciat, hinc quidem per- fectionem præterire, inde vero virtutis glo- riam æternam futuram. Sub duplici hac facie hu- manum spemur contemptum; & quin illum timeamus, optabimus contempum; & quin illum stimulamus digni habiti, qui pro justitia per- fectionem patiamur. *P. Segneri in Meditat. Tom. 3.**

Hi contemptus, hæc irrisiones, atque repul- sæ, quæ mihi a mundo metuendæ sunt, si palam in virtutis partes concessero, quamdiu vigeant? Ad summum æque ac earum auctores; pretium vero christianiæ patientiæ destinatum æque vivet ac Deus. Quam cæcus est homo, qui inter hæc ipsa, quæ sunt adeo inæqualia, anceps hæreat. Hi homines sunt, quos mors crastina die auferet, & qui com- putescent; homines suis excacati cupiditatibus, injusti, qui in judiciis suis fallacissimas regulas se- quuntur. Tanti facere nequeo mundanos homines, ut me illum moveat contemptus. Quanto illis stabit pretio hic justior contemptus! hic illis erit turpissimæ confusionis, acerrimique doloris alimen- tum. Non est igitur, quod justus contra contem- ptescentes se succenscat; eorum debet misereri. Hic ergo non justus plorandus est, sed mundi affecta. Cur enim plorandus est, proptereaquod a mundi sectatore contemnitur? Immo ille Deo suo fit jucundior, & acceptior. Si miseratio efficeret, ut ab hominibus haberet in pretio, timerem, Do- mine, me omnem mercedem jam affectum fuis- se; cum autem illi me irridet, ac petunt con- vitia, tunc certus sum, audeo dicere, & meæ erga te fidelitatis, & tuæ remunerationis. *Idem ibidem.*

Sed rursus quoniam sunt homines isti, quorum contemptus nos terret, ac prohibet, ne JESU CHRISTO adhaeramus? Insuperantem turba est, id constituentium, quod mundus vocat, & cuius approbatio ruborem nobis cedere deberet. Ductus exemplo tuo, Domine, jam te Calvarium versum sequi, videlicet humilitatis, simplicitatis, & christianiæ mortificationis viam amplecti, stat mihi. Me mundus irridebit; Deus autem erit gaudium mihi cogitanti, me nunc incipere tibi si- milem fieri, ubi tuorum opprobriorum particeps fio. Eamus, anima mea, eamus extra castra Sal- vatoris opprobria ferentes. Eamus, & moriamur cum illo, egrediamur de Jerusalem, quæ illum rejicit, atque persequitur. Secedamus ab iis, qui illum spernant, ejusque instituta condemnant; cum illo Calvarium ascendamus, ut inter Cru- cis brachia expiremus. *P. Segneri in Meditat. Tom. 3.*

Nunquid melius, quam Deus judicabimus de eo, quod pro nobis vere esse debet gloria, vel confusionis argumentum? Licet Domini Salvatoris humiliactiones amorem ipsius in nos tantummodo testarentur, essent ingrati, injusti, & dementes, si pudore se suffunderemur. Sed quoniam Deus nihil nisi per illas majus operatus est, & antono- masticæ virtus, & fortitudo illius nuncupantur, quoniam erit vera gloria, & in quo illum consti- tuemus? Dicit merito potest, nullam rem tantum Christiano nomini officere, quam ob id erubescere, quod meritis, & felicitati esset vertendum. Etiam propter Evangelium erubescere, est idem ac propter virtutem, probitatem, religionem ru- bore suffundi; quem enim pudet hujus regulæ mo- rum? nisi malos homines in omnem effusus libi- dinem, qui per scelera, ac flagitia honoris sui ja- cturam fecerunt, nisi malas mulieres, quæ propter

al. scilicet
fons ha-
bentur, præ-
terit, non
impaticen-
tiaz præ-
mulum.
Hic. 57.

Mid.

Quid effi-
cere debeat,
ut justus
mundi ju-
dicia con-
temnat.

Licet nos
mundus
contemnat
nostram
Salvatori
servitium
proferri
debemus.

Nobis eru-
bescendum
non est pro-
pter Evan-
gelium.

morum-intemperantiam in civitatis ludibrium tra-
ducuntur. Evangelium completitur Salutis vias,
Divinæ Sapientiæ instituta, & est totius christia-
næ religionis compendium. Quod probum! quod
dedecus ideo erubescere! Per Evangelium infanti-
tam Dei erga nos bonitatem cognoscimus, sive
in iis, quæ operatus est ad peccatoris infirmita-
tem curandam, sive in iis, quæ facturus est ad
obstinatam illius in criminibus suis pertinaciam
punendam. Evangelium nos docet cognoscere
Deum, illum colere, atque diligere; Evangelium
patris cœlestis certiores nos facit, & erubescimus
legentes illud, mediantes illud, ejusque præceptis
obsequentes, atque erubescimus hac una vocula de-
territi, quod de nobis dicitur! O summam igna-
viam; o dedecus non ferendum! *P. Croiset in Ascen-
tibus Exercitiis.*

Cum adhuc JESUS CHRISTUS nesciebatur,
probrî loco erat nomen Christiani, & discipuli
ejus legislatoris, qui in Cruce efflaverat animam
cuius, qui hoc nomine appellari ausus fuisset.
Conclusio tamen, quam Apostolus haurit ex his
Salvatoris contumeliis, hæc est, nobis non esse me-
tuendum, ut propter Domini nostri amorem id ge-
nus injuriis afficiamur: *Excemus igitur ad eum extra
castra, improperium ejus portant.* Judæi qui-
dem hæsitabant, utrum antiquis ritibus abrenunti-
arent palam hominis crucifixi legem amplecturi; sed
cum Christiani appellatio nobis amplius non sit pu-
doris argumentum, aperta Evangelii professio se-
cum fert in oculis mundi confusionem; irridetur
justi simplicitas, Job inquit. Mundus abiecit,
turpemente esse putat humilitatem, sensum mor-
tificationem, ceteraque christianiæ virtutes: sed
strenuus Salvatoris discipulus Mundum finit dice-
re, & cogitare quæcumque vult, quin ipsum pu-
deat virtutis, quæ contumeliis profertur. Patien-
ter sustinet, imo etiam sibi gloria vertit, si iisdem
convitiis, quibus Magister suus, afficiatur. Ut in-
ter injurias minime labefactemur, in mentem re-
vocat opprobria, quæ ad fatietatem usque Salva-
toris sustinuit. Si vere Christianus es, talis videare
qualis es. Satin est hoc filios tuos, hoc famulos
tuos non ignorare? Opus est, ut omnes homines
te talem esse cognoscant. *Excemus extra castra.*
Mundus te irridebit? irridet. Hoc tibi meri-
tum erit eodem pacto secum agi, quo cum JE-
SU CHRISTO facti actum: *improperium ejus
portemus. Pater Segneri in Meditationibus To-
mo 3.*

Non debemus erubescere JESUM CHRISTUM
quisque secundum statum suum annuntiandum. Lo-
quatur mundus de fallacibus placitis suis, nos non
nisi JESUM CHRISTUM crucifixum loquamur.
Nos autem prædicamus Christum crucifixum. Sine
metu Salvatoris causam tueamur; ac ad illam vin-
dicandam præsto simus adversus inferorum con-
atus in carceribus etiam, & inter sevillima quæ-
vis supplicia: *In defensionem Evangelii positus sum.*
Glorificemus Salvatorem iis rationibus omnibus,
quas ad hunc finem adhibere potest discipulus
magistro suo devotus, per reverentiam illius ma-
jestati debitam, per frequentem mysteriorum ejus
participationem, per publicam nostræ Religionis
exercitationem, per assiduum testimonia infanti il-
lius pretii, in quo a nobis habetur, per omnium
bonorum, vitæque nostræ, si ejus nominis gloria
populerit, sacrificium: *In nullo confundar; sed in
omni fiducia fides semper, & nunc magnificatus est
Christus in corde meo, sive per vitam, sive per mor-
tem.* Ceterum fieri non possumus perfecti Salva-
toris discipuli, quin omnibus opprobriis sustinendis
parati simus. Saculum enim semper contrarium
Spiritus filii Dei quibuscumque actibus nostris atq;
lolginis succum allinet. Ex illius sententia nostra
mundi abrenunciatio libido erit mera, virtus hi-
pocrysis, zelus imprudentia, vitæ nostræ ratio cu-
piditas per simulatam pietatem, meritorium dese-
ctu, inter ceteros emicandi. Sed hilariter, atque
constanter has sustinendam contumelias, si oculos
converterimus in Salvatorem nostrum humilitatem,
contemptum, affectumque contumeliam propter amo-
rem nostri, nostramque sanctificationem: *Jesus, ut
sanctificaret populum suum, extra portam passus est.*
 Idem ibidem.

Humanus respectus, qui ad hanc usque diem
in me suam exercuit tyrannidem, nunquam esti-
ciet, ut probem, quod mihi damnandum est, ne-
que e contra, ut damnem, quod est probandum.
 Mibi

Omnia
ignominie
genera Sal-
vatoris sup-
plicium
concomi-
ta sunt
hocce ve-
ribus, ut
ne discipu-
li ipsius
habeantur.
Ad Heb.
13.

Job 22.

Quomodo
Christianus
nullo in
diffidentia
habere de-
bet mundi
irrisionem.
Cor. 11.

Ad Philip.
1.

Ad Heb. 13.

Procedat,
se nullo
tempore in
dificentia

*Mibi pro minimo est, ut judicet ab hominibus. Quid-
quid de me homines dicant, non laboro. Cogitent
quidquid voluerint, meam agendi, vivendique ra-
tionem in ludibrium traducant, nil moveo; dum-
modo tibi, Domine, placeam. Hæc enim summa
est vororum meorum; quandoquidem mihi persua-
sum est, idem esse ac tuo cultui abrenunciare,
velle hominibus placere: *Si hominibus placerem,
Christi servus non essem. Christianæ Considerationes.*
 *Beatus, inquit Dei Filius, qui non scandalizatus
fuerit in me: videlicet, qui scandali occasionem
non attriperit ex vita mea paupere, contemptibi-
li, ac patiente. Erubescere Evangelium, nolle
pium videri, mundi affectum gratiam aucupari,
eorumque rationem habere, clam devotum esse,
palam vero æquo licentiorum, horrefcere pauper-
tatem, humilitatem, & Salvatoris passionem; hu-
manorum respectum causa bonum omittere, vel
malum committere, hoc est scandalizari de JESU
CHRISTO, abrenunciare Evangelio, datam in
Baptismo fidem violare. Apostatam esse, infide-
lem, idololatram. *P. Croiset in alloquiis pro diebus***

habitu
humano
respectu.
Ad Rom. 1.

Ad Galat. 1.

Ad Galat. 1.
Ad Galat. 1.
Ad Galat. 1.

Adventus.
Quæ virtus, quæ firmitas habenda est, ut hu-
manis adversetur respectibus, qui communis est
scopolus probitatis? Honestus homo in vulgi opin-
ionibus non subsistit. Si a populo probari non po-
test, sese continet intra optimas intentiones suas,
quin laborer de injustis eorum murmuratibus,
qui magnum meritum nequeunt pati. Minus sol-
licitus de iis, quæ dicuntur de se, quam officii
suis rite obeundis, ac tenax veteris adagii illius,
non ideo virum esse honestum, eo quod honestus
videatur, talem se se conformare studet, qualis
vult existimari, & ex virtutis principio, cum so-
lus est, id clam agit, quod palam facere consu-
vit propter scandali, dedecorisque timorem. Oris,
verborumque focus inani specie mundum fallere
potest, & vulgi judicium decipere: sed quid spe-
randum est ex ea nominis fama, quæ his artibus
fuerit comparata? Una via est, quoad veram glo-
riam perveniat. Hoc est, bonum esse. *Sermo
Quartus Academiae anni 1703.*

Vir probus
& honestus
talis inus
est, qualis
extra vide-
tur.

SALUS ANIMÆ.

Salutis momentum; cura salutis; salutis negligentia &c.

MONITUM.

MULTA a nobis jam dicta sunt aliquam cum hoc argumento rationem habentia, cum loque-
remur de anime dignitate, ac pretio, in quo habenda est: indicat tamen, videlicet in-
ferentes conclusiones ex principiis, quæ tunc a nobis fuerant statuta. Iste autem de salute
anime nostræ, de cura ejus habenda, deque momento hujus negotii, quod citra omnem du-
bitationem præcipuum, & maximum est, vel ut melius dicam, unicum, quod nobis in hac
vita sit, accuratius agendum est.

Argumentum hoc ab omnibus fere hujus ætatis concionatoribus pertractatum fuit, habitumque veluti to-
tius christiane disciplinæ fundamentum, & finis omnium sermonum, qui de suggestu habentur. Quomodo
nobis opta desitura non est, in cuius electione cavendum, ne quid ex aliis decipiamus argumentis,
cum quibus hoc nexum habere potest, cujusmodi est beatitudo, qua in celo fruuntur, qui salvantur, &
ternaque eorum infelicitas, qui salutis suæ negotium negligunt; hæc quippe diversa sunt argumenta, suo
qualibet loco pertractata. Illud vero, quod hujus argumenti proprium est, & in quo immorabimur, est ob
oculos ponere periculum, quod subimus per negligentiam nostram, modicamque nostræ salutis curam; nihil
satis precaveri posse in re tanti momenti; necessitatem salutis operandæ, ac eligendi vias, quæ nos ad
illam adducant; qui tamen latius verba faciamus de mediis salutis expediendæ singillatim, vel de obic-
tis ad id superandis, neque de periculis, quibus jugiter sumus obnoxii, quod infiniti laboris es-
set, & totidem diversos sermones exigeret.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Concionum hujus Argumenti Structura.

Sermo in duplicem hanc veritatem dividi po-
test, quibus continetur quidquid hoc in ar-
gumento utilis, ac majoris momenti dici
potest. Prior est, animæ salutem omnibus vi-
tæ hujus bonis esse præferendam. Altera est;
reliqua omnia ad salutem esse referenda, ita ut
totidem veluti media sint, per quæ ad hunc finem
pervenire possimus.

Quoad primam veritatem, salutem videlicet re-
liquis quibuscumque rebus esse præferendam, ali-
quot afferemus rationes ad persuadendum aptissi-
mas, quæ in lucem suam erunt profertendæ. 1.
Quia animæ nostræ salute nihil in oculis Dei ma-
jus, & spectabilius est, nihilque illius providentia
dignius; quippe ideo cœlum, ac terra, & omnia
generatim creata sunt, quæ non nisi propter ho-
minem facta sunt, qui in terris positus unice fuit,
ut ibi salutem suam operaretur. Ita quo finis no-
bilior, atque præstantior est, eo animæ salutis su-
perat, quidquid factum non est, nisi ut ad salu-
tem consequendam aliquid posset conferre. 2. Quia
nihil nobis antiquius esse debet, quippe quod ni-
hil magis ad nos pertinet, quam nostra salutis. Hoc
negotium procul dubio magni momenti est; agitur
quippe de æterna felicitate, vel infelicitate, de
luctando, vel amittendo quidquid boni fingi po-
test, idque in omnem æternitatem, præterquam-
quod hoc negotium ad nos personaliter spectat,

etenim in aliis quibuscumque pro aliis laboramus,
ut filiis prospiciamus, ut familiam in commodio-
rem statum vocemus, ut publicæ consulamus uti-
litate, ut hæredes ditiores relinquamus, sed pro
salute nostræ laborantes nobismetipsis laboramus.
3. Quia proprie loquendo animæ nostræ salutis unum
illud est, quod in vita necessarium est, quod enim
proderit nobis, quidquid hoc in mundo acquirere
poterimus, si animæ nostræ in altero æternam ja-
cturam patiamur? *Quid prodest homini, si mundum
universum lucratur, anima vero suæ detrimentum
patiatur? Matth. 16.*

Pro secunda veritate: omnia ad salutem esse re-
ferenda; hoc est, animæ nostræ salutem esse spe-
ctandam in omnibus cœptis nostris, ac omnia huic
uni submittenda: 1. consilia, conatque omnes,
in quorum singulis ex nobismet debemus exquire-
re: *Quid hoc ad æternitatem? 2. electionem status;*
3. ulum bonorum, & quidquid ad vitam pertinet,
ne media convertamus in finem.

1. Salutis negotium unum ex omnibus maximi
momenti est, & nihilominus maxime præ cæteris
negligitur, & in quo, ut docet experientia, mi-
nus curatum impenditur. 2. Incertitudinem est, at-
que pluribus, maximeque periculis obnoxium; un-
dequaque enim instant pericula: ex parte mundi,
qui scopolis plenus est: *Totus mundus in maligno
positus est: 1. Joan. 5. ex parte nostrum, qui in*

II.

ma-

Deus vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. 1. ad Timoth. 2. Quomodo nos effugiamus, si tantam neglexerimus salutem? Ad Hebr. 2. Satagite, ut per bona opera certam vestram vocacionem, & electionem faciatis. 2. Petri 1.

Exempla ex utroque testamento collecta.

Antiqui Pa- tris, & sancti le- gis antiquæ.

Notandum est in Scripturis, salutis curam non alio nomine indigitari, quam timoris Dei; qui enim timorem hunc habet alte in corde impressum, sibi cavet a divinæ justitiæ suppliciis, nihilque aggreditur, quod divinam iram, & indignationem illi constare possit, ideoque prospicit salutem diligenter observans divinam legem; & si per fragilitatem, vel violentam aliquam tentationem aliqua in re illam transgreditur, statim Deum placare conatur per poenitentiam, ac in posterum magis fidelem se præbet. Hoc nomine, & character distincti sunt Sancti Patriarchæ & Prophetæ, & illi omnes, quos a sæculi corruptione Deus præservavit, Abraham, Isaac, & Jacob, sanctus vir Job, uterque Dobias, ac inter Reges David, & Eschias, alique nonnulli, quorum virtutes, ac in status sui muneribus obvendis fides non aliis vocabulis exprimitur, nisi vel quod homines fuerint Deum, ideoque eidem placere studuerunt, vel quod coram ipso ambularent, quod idem est, ac si salutis suæ sedulam gesserint curam dicerent. Nullam singillatim afferemus exemplum, quoniam omnes eadem usi sunt salutis suæ expediendæ ratione, & eandem secuti sunt viam, qua ad sanctitatem pervenerunt, Messia, quem expeditabant, & per quos merita se salvos factum iri sperabant, relinquentes manus, & officium alios salvos faciendi.

Salomon, qui fuit mortalium omnium sapientissimus, donec Deo fidelis fuit, confitetur se omnium fuisse stultissimum; cum alteri cupiam curam appellat animum, quam illi placendi, & ambulandi in via, quam David pater suus moriens ostenderat ipsi, & quam paulo post Deus ipse illi revelaverat. Stultissimus sum virorum. Prov. 30. Nemo unquam salutis momentum melius intellexit, quam ille, in hoc enim totam sapientiam suam ipse constituit; sed nemo deterius ipso eadem est usus, ita ut postquam reliquerit dubitandi argumentum, utrum præclara lumina, quibus illustratus fuit, culpa ipsius, & pravo eorum usu ipsum in æternam calamitatem præcipitem dederint. Felix, si errorum suorum confessio fuit effectus poenitentia; & si rediit in viam salutis, a qua turpiter adeo recessit. Saltem verba, quibus finem imponit admirabili libro, cui titulus Ecclesiastes, vel Concionator, sunt eloquens conicio, & documentum, cujus nunquam oblivisci debemus: Deum time, & mandata eius observa; hoc est enim omnis homo. Eccle. 12. quasi diceret, hominem ob id unum in terris versari, ut salutem suam operetur per timorem Dei, & mandatorum illius observantiam; & nisi huic rei sedulo vacet, tamquam unico negotio suo, ipsum nequicquam in mundo versari.

Non solum Dei filius factus est homo, ac venit in terram, ut homines salvos faceret, verum etiam ut exemplo suo illis ostenderet, quomodo salutem suam debeant operari. Et profecto hic Homo Deus, cujus vel minima actio sufficere potuisset, ut salvaret myriadem mundorum hoc ipso corruptionum, omnia ad hunc retulit finem, verba, actiones, labores, passionem, mortem, sanguinem, merita. Adhuc quotidie ad id omnes adhibet gratias, afflatu, beneficia, & ut S. Bernardus loquitur, se ipsum: Totus in usus meus expensus. Hoc illi exemplum hominibus præbet, quomodo incumbendum sit ipsis ad suam salutem negotium, quæ eorum interest tantum. Sed heu! qua negligentia, quam oscitantur illi operari navant? Nullus in precibus fervor, nullusque ardor in iis, quæ faciunt, & pro sua salute conantur. Plerisque eorum id accidit, quod tribus discipulis, quos Salvator elegerat testes futuros dolorum suorum in monte olivarum, qui alto obruti sono dormiebant, dum Salvator maxime de hominum salute cum æterno patre agebat, ac impensus orabat, & vis, quam in corde illius habebat vivax representatio cruciatuum, quos hac de causa passurus erat, ex omnibus artibus sacri corporis ubertim sanguinei sudoris rivulus eliciebatur. Hoc hominum plerique faciunt, dormitant eo in negotio, quod ad ipsos maxime pertinet, ac in misera salutis suæ vivunt incuria,

Dei filius hominum Salvator factus docuit eos, quomodo salutem suam debeant operari.

cum interim Salvator jugiter sit de eorum salute sollicitus; quamquam hic illos toties admonuerit, ut invigilent sibi, ut attenti sint, ut hoc procurarent negotium, in quo de æterna agitur beatitudine, vel infelicitate.

In novo testamento nullum nobis suppetit exemplum ejus curæ, ac sollicitudinis, quæ de salute nostra nobis habenda est, magis explicitum, quam D. Pauli 1. ad Cor. 9. quandoquidem ipse testatur, se modo timuisse, ne reprobus fieret, postquam prædicasset, aliosque salutis viam docuisset: Castigo corpus meum, & in servitutem redigo, ne cum aliis prædicavero, ipse reprobus efficiar; modo dolorem, quo angebatur, eo quod fuerat ecclesiæ persecutor, acerrimum, assiduamque fuisse: Tristitia mihi magna, & continuus dolor cordi meo. Act. 10. modo mecuere, ne vitæ suæ ratio salutis cura sibi esset antiquior: Non facio animam meam pretiosior quam me: quamquam hic Apostolus ad tantum evocatus fuisset ministerium vocatione profusus miraculosa; quamquam certus esset, Deum ipsum jam fuisse miserum: Misericordiam consecutus sum; 1. ad Timoth. 1. quamquam raptus fuisset usque ad tertium cœlum, ac tandem totum se ipsum aliorum salutem impenderet, cupereturque vitæ jacturam pati, ac se ipsum sacrificare tamquam victimam, ut aliorum animas salvos faceret: Ego autem libentissime impendam, & superimpendam ipse pro animabus vestris. 1. ad Cor. 12. Ut intelligamus nullum esse statum adeo sublimem, nullum perfectionis, virtutisque gradum, nullum officium, aut conditionem, ubi metuendum non sit, & cum timore, ac tremore laborandum, ut salutem nostram certam faciamus, quemadmodum hic ipse nobis Apostolus præcipit.

Applicationes quorundam Scripturæ locorum huic argumento.

Martha, Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima; porro unum est necessarium. Luc. 10. Applicatio, qua vulgo hæc verba ad salutis negotium explicandum transferuntur, a S. Patribus probatur; & concionator adeo crebro illis utuntur, ut hodierna die hic unus ferme sit usus eorum; ita enim palam exprimitur, & necessitatem unico huic negotio vacandi, & ceterarum curarum inutilitatem. Haud ita, fideles; haud necessarium est, vos hunc agrum acquirere, hanc exercere dignitatem, vel has possidere divitias; quamquam enim hæc omnia bona possideretis, si vestra vitæ detrimentum facitis, nisi salutem vestram operamini, omnia pro vobis amissa sunt; & licet hæc omnia amitteretis bona, dummodo animam præbuit salvam faciatis, omnia salva sunt, omnia in tuto sunt vobis; hoc unicum lucrum omnes reparat jacturas; illud enim unice necessarium est: Porro unum est necessarium. Frustra ergo turbamini, ac solliciti estis pro vitæ hujus negotiis: Sollicita es, & turbaris erga plurima; ac enim omnia, quæ ad salutem non pertinent, nullius momenti sunt. Tandem enim hoc unum est illud, quod in hoc mundo nobis faciendum est; hic unicus finis est, quem in omnibus operationibus suis ab extra sibi proposuit Deus; unicus scopus est, quo Deus in omnibus vitæ suæ ærumnis spectavit; hoc majus, & unicum negotium est, quod habeamus, & post quod alia quæcumque negotia nullius esse possunt momenti.

Qui sibi nequam est, cui alii bonus erit? Eccli. 14. In minimis reculis adeo solliciti, cur adeo pacati sumus in re tanta, quanta est nostræ salutis negotium, ubi de rebus omnibus, idque in æternam agitur? Statim ac vobis dicitur; Hoc interest vestra, hoc ad vos pertinet, quibus motibus non agitamini? Nihil intentatum relinquitis, nullum vos deterrere impedimentum. Num ullum vobis majoris momenti negotium est, & quod prescius ad vos pertinet, quam salutem vestram? Quare amos proprios, qui vos adeo sollicitos agit pro nugis, statim ac ad vos spectant, vos securos incredibili finit tranquillitate frui eo in negotio, quod pro vobis momenti est infiniti?

Cum metu, & tremore vestram salutem operamini. Ad Philipp. 2. Vera, vel ut melius dicam, unica ratio, propter quam tot mortales salvari desiderat, & nihilominus tam pauci salvantur, hæc est, quod pauci salutis suæ vacant, eamque cupiunt, uti opus est. Hæc languida tantum sunt desideria, aërea consilia, inefficaces voluntates, vel potius

S. Pauli exemplo huic salutis negotio vacandum est.

Salus unicus res est in hoc mundo necessaria.

Salus nostra primum, & maximum negotium.

Quomodo salutem nostram operari debemus ex S. Paulo.

potius meræ velleitates. Manus operi admovenda est, semperque metuendum, nec hoc nobis negotium non accidat e sententia: ita ut hic timor efficiat, ut omnes impendamus curas, omnique utamur vigilantia: Operamini. Negotia nunquam perficiuntur, nisi ea transigis. Mercator non ditescit, nisi negotiatur; faber opus suum non abolvit, nisi negotiatur; salus tua fiet, nisi eam operatur, nec unquam salus tua fiet, nisi eam operatur fueris: Operamini cum metu, & tremore. Operamini cum metu, qui a terrore, ac tremore non distet. Quis metus æquior, magisque rationalis est, quam ne finis in æternum miseret, ne amittamus regnum æternum, & Dei ipsius possessionem in omnem æternitatem? Nisi hoc metu perciti fuerimus ad aspectum periculorum, in quibus sumus in æternum pereundi, vel sensu, vel religione caremus: Operamini vestram salutem. Toto animi studio, & cum timore ad salutem vestram incumbite; nonnisi unam habetis animam; pro hac unice vobis laborandum est, si hanc amiseritis, de omnibus jam actum est in nullam reditus spem: Cum metu, & tremore vestram salutem operamini.

Domine salva nos perimus. Matth. c. 8. Ad te, Deus, confugere debemus, tibi que ea dicere verba, quæ olim dixerunt Apostoli tui videntes te jam jam fluctibus maris deglutendos. Salva nos, Domine, in procelloso hoc mundi pelago, ubi furenti venti jugiter perant, ubi tot latent scopuli, quos evitare non possumus, nisi nobis te ducem præbueris. Tempestas imminet, jam superant fluctus, ars inutilis sit, ac vis caret effectu: Salva nos. O Domine, apertus ille oculus, qui super electos vigilat, nunquid nobis clausus est? Perimus. Nos trahit mundus, torrens nos rapit, mos nobis dominatur, omnia ad interitum nostrum conspiciunt; nunquid nos deseret? Memento mirabilem, quæ operatus es, ut me salvum faceres, ac perficere opus, quod tantis tibi sumptibus stetit.

Pater meus usque modo operatur, & ego operor. Joan. 5. Ait Jesus Christus de æternitate verba faciens. Ad æterno Pater meus operatus est, & ego secum operor; quæ autem in re, Auditores? In animarum nostrarum sanctificatione, & negotio salutis, quam ipsi negligimus: Pater meus operatur, Pater meus ad id operatus est; ideo creavit cœlum, & terram, ideo nobis animarum præbuit ducem, qui erudit possit, nobisque effinxit cor liberum, & quod gloriam nobis mereri possit; hic est enim finis creationis, cujus debitores estis Patri meo: Pater meus operatur. Opera autem mea a consiliis illius non abhorruerunt. Et ego operor. Licet sim verbum divinum, humanam indui carnem; filius Dei effici, ut vocari possem filius hominis, idque ut salvum facerem, quod perierat: Veni salvum facere, quod perierat. Magno huic operi impendi curas, sudores, & sanguinem. Majora etiam præstiti; benevolentiam quippe meam usque ultra decessum meum protuli, & usque ad momentum, quo loquor ad vos, per gratias meas. Quid? Deus, cui gloriæ cedit æque & salus mea, & interitus, me studium salutis, in hoc se totum impendit, ego vero negligam illam?

Quid faciens vitam æternam possid. bo? Luc. 18. Hoc omnes Christiani dicere debent Deo, si vero salutis desiderio flagrant; hoc enim desiderium, cum est sincerum, complectitur salutis ceteris quibuscumque rebus prælationem. D. Æor Legis, qui ex filio Dei quærebat, Quid faciens, testatur: nihil esse, cui faciendo paratus non sit; se acquisitionem salutis tamquam negotium unice necessarium putare, ac omnia huic uni posthabere. Sed e contra desiderium hoc in plerisque hominibus adeo infirmum est, ut ne minimum quid conari velint, ut ea relinquunt, quæ hodie sunt vel minimum obicere possunt statueri. Non dicunt, quid faciam? Sed nihil facere volunt, immo nec scire volunt, quid sibi faciendum sit, nec eas vias inquirunt, per quas ad finem hunc pervenitur.

PARAGRAPHUS IV.

Loci, et Sententiæ Sanctorum Patrum hujus argumenti.

Si cor habes, intellige, quia omni necessitate major est necessitas animæ salutis. Ambrosius, Sermon. 4. de Camelo, &c. Attende tibi, hoc est, animæ tuæ, in qua te potiore esse nosti. Idem. Quo præstantior causa, eo debet esse attentior cura. Hændry Bibl. Tom. IV.

ra. Idem, l. 1. Offic. c. 44. Quid te pro salute tua facere oportet, quando pro te Christus in oratione pernoctat? Species tibi datur, forma præscribitur, quam debes emulari. Idem, lib. 5. in Lucam.

Christus pro omnibus mortuus est, ejus momenti est unius hominis salvatio, cujus momenti est omnium perditio. Idem in Epist. ad Hebræos.

Summa amentia est, ut cum diabolus animarum nostrarum perditioni tantopere invigilet; nos contra, pro nostra ipsorum salute non eandem adhibeamus diligentiam. Chrysol. Homil. 2. in 2. Juannis Epist.

Anima cum quotidie vulneretur, & præcipitur, & modis omnibus percat, nec parva pro ea nos sollicita cura. Idem, l. 1. de Compunct. cordis.

Nihil ita gratum Deo, & ita curæ, ut animarum salus. Idem in quadam Homil. in Genesim.

Nihil tam dignum Deo, quam salus hominum, Tertull. l. 2. contra Marc.

Summa est voluntatis Dei salus eorum, quos adoptavit. Idem, l. de orat.

Salus creaturæ lacrum est creatoris. Hieronym. in Jeremiam.

In vacuum accipit animam, qui sola presentia cogitat, & quæ sequuntur in perpetuum non attendit, Greg. l. 7. Moral. cap. 19.

Homines provisione perverja impendunt curam temporis curam maximam, maximo tempore curam brevem. S. Eucherius, Epist. ad Valerianum, de contemptu mundi.

Primas apud nos curas quæ prime habentur obtineant, primaque sollicitudinis partes salus, quæ prima est; ipsi vindicet. Idem ibidem.

Hæc non cura occupet, non jam plane prima, sed sola. Idem, ibidem.

Perat mundi lacrum, ne fiat anima detrimentum. Idem ibidem.

O insania egroti! anima tua languet in peccatis usque ad mortem æternam, & non queris medicam. S. Bonavent. Sermon. 10. in Rogat.

Qui creavit te sine te, non salvabit te sine te. August. de verb. Apost.

Optimus estimator rerum, qui nihil suorum sibi præferendum existimet: quam multi salutis proprie medicam utilissimamque pecuniam præciterant. Bernard. Sermon. 30. in Cantic.

Non ergo sapiens, qui sibi non est. Idem lib. de considerat.

Custodi salutem tuam, semel pro illa Christus mortuus est, si illam amiseris, non poteris habere Christum altum qui pro te moriatur, vel ejusdem Christi aliam mortem. Hugo a Sancto Vito. in hæc verba: anima mea in manibus meis semper.

Nihil utilius est quam sibi utile esse. Seneca. l. 2. de Beneficiis.

Majorum nuge negotia vocantur. Idem.

In rebus ad salutem pertinentibus, hoc ipso quis peccat, quod certis incerta præponat. Aug. l. 1. de Baptismo c. 3.

Damna anima totum penitus secum auferunt, nec quicquam homo omnino habere potest, qui scriptum damnato animæ perentis amittit. Salvian. lib. 2. ad Eccles. Cathol.

Nulla potest compendii causa consistere, ubi constat animæ invenire dispendium. S. Eucherius.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologiæ penu in hoc argumento depromi possit.

Animæ salus cum neque peculiaris aliqua sit virtus, neque boni alicujus singularium adeptio, nequit alter definiti, quam iustitiam boni possessio, propter quod creati sumus, neque alia tradi potest notio necessitatis ejusdem, nisi dixerimus agi de æterna felicitate, si res e sententia cesserit, vel de æterna miseria, si secus contigerit. Hoc est salutis negotium, & ex hac idea eruer debemus omnes morales conclusiones, omnes practica virtutes, & consilia omnia, quæ nobis capienda sunt pro vitæ ratione illustanda, & secundum hanc omnes actiones, ac negotia quæcumque regere debemus, verbo, reliqua omnia ad hunc veluti finem suum referenda.

Salus, quæ consistit in possessione boni supremi, quod nos æternum beatus facit, finis est, propter quem creavit nos Deus, & unum illud necessarium, de quo Dei filius loquitur in evangelio: sciendum. Per hæc unum est necessarium. Hoc proprie illud est, ut

Causa necessaria sit finis negotium.

Necessitas scilicet proficiendi.

ut

ut Sapiens inquit, quod totum facit hominem, quod illi est essentiale: *Hoc est omnis homo.* Quasi dicitur illius obediendi, ac in illum, tanquam potestatem suam tendendi, quæ via sunt salutis expediendi; hanc, inquam, obligationem non minus esse necessariam homini, si in morali ordine spectetur, quam essentiale sit homini in naturali ordine corpus, & animam rationalem habere, & quemadmodum Deus facere non potest hominem, qui corpore, animaque non constet, ita efficere non posse hominem, qui in Deum tanquam potestatem suam tendere non teneatur. Itaque dicere possumus eum, qui salutis suæ non contigit juxta tendens in Deum tanquam extremum finem suum, non esse proprie hominem, sed hominis phantasma, & monstrum esse in morali non minus inaudium, quam esset in natura ignis, qui non calefaceret, & Sol, qui non luceret: cum hoc tantum discrimine, quod cum homo sit agens liberum, voluit Deus hunc libere tendere in finem suum, & laborare, ut eum assequatur.

Salus nostra fuit peccatum obiectum consilium Dei.

Homini salus fuit finis propter quem filius in terris descendit.

Salus est finis generis negotiorum omnium, quæ habere possunt in mundo.

Salus non fit negotium, & a Deo, & a nobis pendet.

Nostra salus primum fuit obiectum cogitationum Dei, cum in æternis consiliis suis decrevit facere creaturas intelligendi vi præditas, statim eas huic salutis destinavit, eisque omnia præparavit administranda, quorum ope ad eam pervenirent. Itaque ab æterno & simul ac mundum creare decrevit, de hominum, qui illius præstantissima pars erant futuri, salutem cogitavit. Præterea ad hanc unice salutem reliqua opera sua retulit seu in ordine nature, seu in divino ordine gratiæ. Ad finem hunc retulit creationem mundi, & partium omnium, ex quibus compositus est, immo etiam eventus omnes qui in orbe politico evenerunt, & ad finem utique seculorum eventuri sunt, quorum non alius erit finis, quam provehere magnum opus salutis hominum generatum, particulariter vero electorum. *Omnia propter electos, S. Paulus ait.*

Hic præcipuus fuit scopus missionis filii Dei, qui secundum sanctorum Theologiarum sensum, & magis conformem traditionem carnem non induisset, nisi homines illi salvandi, ac redimendi fuissent. Hoc unum cogit illum de majestatis, & magnitudinis suæ solo descendere, gloria suæ radios abicere, ac nostras infirmitates, ac miseras suscipientes se se demittere ad eum statum, qui summam illius dignitatem dedecet. Ille mirabilis adeo dejectionis non alium sibi proposuit finem, quam ad cælum revocare hominem, qui omni suo exciderat jure, quam in anima illius per peccatum deformata rursus imprimere divinæ similitudinis suæ lineamenta, quam inquirere, ac in via salutis reducere ovem, quæ deerat, & quæ ad ipsum non poterat amplius reverti, nisi hanc ille eam reducendi curam suscepisset.

Omnia hujus mundi negotia ad unicum salutis negotium sunt referenda, quippe secundum S. Thomæ sententiam salutis negotium finis est generalis, ad quem omnes particulares, & subalterni fines in mundo collimare debent. Plures sunt status, plura officia, magistratus alicujus exercitatio, familiaris cura, filiorum educatio, negotiatio, bellum, forum: sed hæc omnia in fine suo unum sunt, quia eorum multiplicitas ad unum necessarii unitatem referuntur: *Non multa sed unum, quia multa sunt ad unum.* Itaque ex hoc principio potest inferri, unum nobis dumtaxat in mundo esse negotium, nos videlicet faciendum, cum alia qualibet negotia huic uni subordinata sint, neque aliud sint, quam diversæ rationes, quibus ad finem pervenire possunt negotii illius, quod Patres, atque Theologi ideo unicum negotium appellant. Porro unum est necessarium.

Si nostra salus ab uno penderet Deo, optime illi consilium esset, nobisque securus, ac tranquillus esse liceret, sed pender etiam a nobis, neque illi deterius potest esse consilium. Voluntas inirma, mens cæca, corruptum cor, quod magnam habet propensionem in malum, & multam erga bonum repugnantiam, non magno nobis sunt auxilio, vel potius maxime ad salutem impedimento, & hæc tamen affectio nostra est. Sed ex hac certissima veritate, salutem videlicet nostram a Deo simul, & a nobis pendere, sequitur, quemadmodum Deus omnia illius procurandæ nobis præbuit adjumenta, nihilque eorum omisit, quæ ab ipso penderent, nisi salvamur, nobiscum tantummodo succendere debere, & interitum nobis dumtaxat acceptum relatum iri. *Perditio tua ex te Israel.*

Offen 13. Deus vult nos vere salvos facere, nos vero salvos fieri volumus imperfecte. Deus hoc vult, hac tamen propostâ conditione, ut nos operemur, conditio pender a nobis, si ipsi volumus conditionem operi salutis nostræ inhærentem, ergo vere salutem nostram non volumus: *Qui creavit se sine se, non salvabit te sine te, S. Aug. inquit.*

Inter justos, & peccatores, qui æque in seculo vivunt, hoc discrimen interest, quod justus primum contendunt, ut salutem suam operentur, & mox curas, quas ipsorum status exigit ab illis, terrenis rebus impendunt, sed peccatores ordinem hunc subvertunt, semperque intenti, ut temporalem sibi procurent felicitatem, operi salutis suæ aliqua tantum impendunt momenta. Illi cælum terræ præponunt, & referunt ad Deum, quidquid pro mundo videntur facere; hi cælum terram præferunt referuntque passim ad mundum id, quod videntur facere propter Deum, hoc est, peccatores felicitatem suam in temporalibus bonis inquirunt, & si Deus in animas illorum gratiæ rorem infundit, illi orientes suffocant fructus spinis, & curis sæcularibus quibus occupantur.

Prudentia qualibet, ut sit virtus, possit, opus est, ad finem pervenire, quem inconséquenter sequatur, prout prudentia non est: etenim ex Ethicorum sententia prudentem esse, est media disponere, quæ nos ad finem perducant. At sola salutis prudentia finem obtinet, quem sibi proponit. Quid sibi vult homo, qui humanæ prudentiæ consilio regitur? Nonne constat, finem illius esse se se beatum efficere? At non aliud vult argumentum, quam ipsam secularem experientiam, illinc beati sunt, an potius incessanter miser? Hic est commenticia ipsorum prudentiæ effectus. At non hoc dicendum est de salutis prudentia; hæc sibi proponit felicitatem, sed tuto eandem consequitur.

Cum dicimus, salutis curam terrenis quibuscumque curis esse præferendam, non dicimus, alias qualescumque occupationes esse omnino abdicandas, sufficit enim has illi subordinari, nihilque aggredi, quod progressum illius remorari, & prohibere valeat, hoc pacto quemadmodum omnes illi unum tantummodo finem habentem, uti jam dictum est, simul omnes unum dumtaxat confecerent negotium, non secus ac videamus in qualibet scientia, licet prope de infinitis agatur argumentis, unum tamen esse præcipuum, universale, ac superius, quod cæteris dominatur, & efficit, ut cum omnia eidem innotant principio, & ad eandem finem referantur, omnia sub eadem facultatem redigantur, & unum, eundemque titulum gerant.

De salutis acquirendæ difficultate judicium ferri potest ex ea difficultate, quam experimur in servandis præceptis, & institutis evangelicis, necnon ex parvo numero eadem observantium. Non liquet istic de consiliis, dices quippe, hæc non esse absolute ad salutem acquirendam necessitates, tamen obiter observandum est, consilium plurimum in casibus in præceptum migrare erga plurimos, & solitudinem, e. g. patientiam inter injurias, fugam societatum, commodorum, honoris, immo etiam amicorum, evadere posse præceptum juxta illam fundamentalem evangelii regulam: si manus tua fuerit tibi lapsus occasio, abscinde eam, & profice abs te.

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Affectibus, recentioribusque Concionatoribus loci hujus argumenti.

Nobis optandum est bonorum omnium maximum, bonum summum, nobis timendum est malorum omnium maximum, malum summum, nobisque vel hoc bonum, vel malum hoc necessarium est eligendum. Omnes motus nostri ferri debent in alterutrum, posterius evadere non possumus, quo priori nos dignos præbeamus, nec prius mereri, quin a posteriori recedamus, atque in optione hac de æterna vel felicitate, atque felicitate nostra agitur. His positis res polceret, ut indefinenter vel violento inflammati effensus desiderio, vel gravissimi timoris terrore effensus perculsi. Optamus opes, honores, voluptates, requiem, hoc bonum, quod, si voluerimus, erit vitæ nostræ terminus, erit congeries divitiarum, voluptatum, quietis, quæ omnia solida erunt, perpetua, immutabilia, ineffabilia, incomprehensibilia. Paupertatem.

Discrimen inter justos & peccatores.

Vera prudentia est salutis suæ via.

Ut salutem operentur, necesse non est terram omnia relinquere.

In hoc mundo vivimus quasi salutem nostram nihil esset nobis metuendum.

vide ac spe delectamus eum ad salutem nostram negotium non incolumimus.

Incredibilis pietasque morali in salutis negotio negligentia.

Necessario vivimus inter infinita beatitudinis, & misericordiam.

tem metuimus, ignominiam, dolorem, tristitiam, malum hoc, cui vitæ nostræ terminus finem imponet, nisi illum evitare cogitandum, erit congeneris pauperatis, ignominie, doloris, merorum, terrerimorum, mortalium, sine ulla solatio, sine spe, & cum furenti desperatione conjutorum. Inter duos hosce terminos adeo oppositos nihil nobis negotium facessit, vivimus quasi nostra non interesset, magis immoramur, ea vero, quæ in hac vitæ ratione mere sine ulla intermissione de cupiditate in cupis, & de timore in timorem, bonum, & perditatem, & a quo factum nostrum pender, respicimus tamquam obiectum, quod ad nos minime spectat, anima nostra nihil sibi videt, quo exstimuletur, & propter quod tranquillitatem suam debeat perturbare: *Ex libro, cui titulus: Animadversiones in variâ religionis, Ebbicæque argumenta.*

Hoc modo affecti sumus erga æternam nostram infelicitatem? Vivimusne tanquam si, quibus in tanti momenti negotio sit metuendum? Timor quid non operaretur in nobis? Quam vigilantiam, quas præcautiones, quam circumspicionem a nobis non exigeret, periculum adeo terribile? Attramen hoc libentissime saporis nos capi sinimus. Nihil in mundo facilis est, quam nostra damnatio, & nostræ salutis jactura: unicum momentum, actio unica illius esse potest causa, attamen dices, hoc omnino minime a nobis timere. Incredibilis hæc est incuria. Si verum est, nos salvos fieri velle, nostrum est de hujus incuriæ veritate, vel falsitate ferre judicium. *Idem.*

Æternitatem non credere impia infidelitas est, eam contemnere, stulti desperatio. Christianus eam credit, & nihilominus dies suos in licentia tradit, illum hanc mereri nolle aliter. Male vivit, ac se illa dignum præbere vult, hoc fieri nequaquam posse contendit, crimen non est ad salutem via. Eligat ergo, vel deserere suam, quæ illi cælum proponit, vel deserere ipem illuc ingrediendi, si in peccatis perseverat. Quomodo enim simul spes, ac fides conciliari possunt cum actionibus illius, qui æternam felicitatem vel non expectat, vel floccum facit? Persuatum nobis est, fidelem se submittente essentiali huic religionis articulo, adesse æternam virtutis præmium, nobis etiam periculum est, illum nullo in discrimine habere posse mercedem adeo uberem, ac duratione infinitam. Quonia non dubitat, quoniam & ipse novit, hanc sibi numeris quibus absolutissimum felicitatem esse allaturam, ipse vitæ suæ cum sensibus suis comparatione insinuat. Æternitas ista fluxa omnibus negotiis illius debet præponderare. Nonne hoc verum est? Si futiles voluntates, & nugæ bona in corde ipsius saluti, æternæque ejus prævalent felicitati, cui acceptam referre debet hanc perurbationem? Fides, & cogitatio sua illum ad supremum bonum impellunt, ipse vero eo non fertur, immo recedit, ac perit, Velit, nolit, fateatur oportet, se illud vel non credere, vel nauci facere; o terribile mundanæ flagitiosæque vitæ sollicitum! *Idem.*

Quot mortales in habitu peccati vivunt cum noxiis affectionibus, quin cogitent agere poenitentiam & cum Deo in gratiam reverti? Namquid ignorant malum, quod ipsis impendet? Nequaquam fidem habent. Dabunt de vitæ, morisque incertitudinem. Possunt ne, etiam si vellent? Possunt tunc morte opprimi, dum in suis commerciis iniquitatis alte demersi sunt, in hoc negare non possunt. Si ex hac luce exturbantur sine alio, quam criminum suorum apparatu, ut prodeant coram Deo, jam in æternum reprobatii sunt. Hoc satis liquet. Attamen non timet, neque laborant, ut in salutis negotium exitum habeant. Hæc incredulitas est in salutis negotio negligentia, quæ illis curæ nequaquam esse videtur. In horribili periculo, in quo versantur, labor, vel diligentia mediocri satis non esset ad indigendum suum inde emergendi desiderium. Sed eventus, ubi de nostra agitur æterna felicitate, omnes occupare debet curas nostras, diligentiam omnem, ac studium. Quod non dum satis efficit, si vere metueremus, ne id nobis cederet & sententia. Labor noster nos præstare debet alacres, ac indultissimos, efficere debet, ut non vulgares conatus exeramus, nos semper sollicitos, incertis agere debet, ut aggrediamur, quodlibet, ne periculis, nobisque lextentis rationes ostendere, quibus saluti nostræ tuto prospiciamus. Si quid boni sensus, ubi bonæ voluntatis in nobis est reliquum, fieri nequit, ut in vulgari providet.

confidamus. Ut nobismet consulamus ea in re, ubi, si miseri sumus, in nullam reditus spem perimus, omnia inimicorum facta, & consilia scrutamur, amicorum opera utimur, patronos accessimus, omnia ad examen vocantur, consilium ahibetur, urgeatur, sollicitatur, nihil intentatum relinquitur, & omnia nullis stare sumptibus existimantur. Mundani vero vix considerant, quid sibi metuentium est, omnia sperans, quin sibi caveant, ne pereant. Longius adhuc illorum incuria procedit, vivunt contenti, sine consideratione, sine cura, sine spe. Illine cupiunt, illine salvari volunt? *Idem.*

Experimur, quanta sit salutem operandi difficultas, & dolemus, quin immo hæc imprudentia, & est salutem ignavia nostræ prætextum ministrat. Si nihilominus verum est, nobis cordi esse nostræ salutis operibus, undenam sit, quod excitati iis laboribus, qui quæ illam comitantur, gloria nobis non veritatis, ut sicut, ob alius in rebus, vororum summam consequi? Undenam sit, quod facile deterrent nos obices, qui necessario te nobis offendant, & quos superare in nobis situm est? Ne putemus gloriam otio, & delictis nos contereantur; nos terrere non debent obices a nobis in via superandi. Mirum igitur est, salutis nostræ negotium a nobis deseri, quæ difficile est, a nobis inquam, quibus vanitas animos facit iis in rebus, ubi constantia nostræ periculum sit. Christianismus, omniaque æternæ beatitudinis bona non satis magnam in nobis vim habent, ut excitentur; languemus statim, ac inertes ornamur, quasi nostra non interesset salvari. Dic quodcumque cupis, ut te palpes, ut te met ipsum obtundas, nunquam fiet, ut sinceram salutis voluntatem cum hac molli incuria concilies. *Idem.*

Cuinam tam modicum zeli, & charitatis inest, qui salutem nostram magis negligenter, quam ipsi negligimus, si nostra salus ab ipso penderet, quemadmodum pender a nobis? Quid ergo cogitamus, cuinam rei immoratur? Dicite, quæro, quibusnam in rebus impenditis rationem hanc adeo perspicacem, hanc adeo sibi finem intelligendi vim, hæc præclara lumina, hanc sapientiam, hæc vires, hæc talenta, vitam hanc, quam vobis nequaquam dedit Deus in nugis impendenda? Namquamne cogitatis æternæ salutis suæ negotium esse omnino in manibus suis, vitam ideo ubi fuisse datam ut indefinenter salutem tuam procuraret; verbo, hoc illud esse negotium, quod tua maxime refert, uti cum negotii in tuum. Uti que, iterum dico, hoc unicum est negotium tuum; hoc enim unum tuam meretur attentionem; unicum, hoc enim unum omnem tuam exquiri attentionem; unicum denique, quia hoc unum pender ab attentione tua. *P. de la Colombe tome 3. serm. 46.*

Hoc amisso, omnia amissa sunt; quippe Deus ipse, qui omnia complectitur bona, & extra quem nullum esse potest bonum, Deus ipse nobis in nullam reparationis spem, & in æternum amissus est. Hoc amisso, anima amarissimum dolore, & inexplicabilibus obruetur meroribus, quos illa quidem in æternum, sed nequaquam per omnes lunestissimæ desperationis notas exprimit. Denique negotium hoc est æternitatis negotium. Numquid Deus salvi, vel fallere potuit, cum dixit cætera nihil prodesset? Numquid peperam Deus omnes curas, ac providentiam suam impendit, ad id unum referens omnia? Numquid ipse Deus adeo exigua res est, Deus, qui omnia continet, & qui re ipsa est omnia, ut illius jactura nobis sit nullo in discrimine habenda? Cur tot lacrymæ? Cur tot, acrimæ crudes epulatas in inferno, si bonum, quod illi amiserunt, tantulo in pretio erat habendum? Ad damus; sed cur ad solam æternitatis cogitationem infundimus, si parum est esse in æternum infelices? *Idem.*

Vulgatissimus inter fideles error est, arbitrari mentem pluribus dividi posse occupationibus, singulis tempus esse, & mundi negotia cum salutis nostre negotio simul posse procurari. Scio equidem fieri posse, ut domesticæ rei cura habeatur negotiatio vacetur, & spectabile munus aliquod exerceatur, ut ad familiaris præsidium, & decus labor impendatur, simulque cæli gloria acquiratur. Scio hæc omnia sæpe media esse, quæ ipsa constituit Providentia, per quæ ad finem illum perveniremus; sed dico hæc occupationibus nimia festinatione sese abdere, & intentionibus mere humanis, mentem, & cor nimis occupatum habere libus agendis, opibus conquiritendis, magistratibus obsequiis, mercibus distrahendis, emendo, scribendo,

si uti opus nostram curamus, omnibus, qui adverte, ut sicut, ob fiscalis re-fuheremus.

Nulla est negligentia par illi, qui de salute nostra ipse habemus.

De hujus momenti negotio o ju-dicium ferendum est ex jactura quæ ibi fit.

Alia negotia salutis negotio vel adjumento sunt, vel impedimento.

quin omnia ad Deum, & salutem referantur; verbo, putare horum aliquid suum esse negotium, hanc omnia pro veris, & magni momenti negotiis habere, dico, ita operari idem esse ac invictum saluti suae obicem constituisse. Idem.

At enim, numquid omnia relinquenda sunt, nunquid omnia abdicanda, ut salvi simus? Hoc non dico; cum Apostolo dico, omnibus, qui in mundo vivunt, vivendum esse, quasi in mundo non essent; illis, qui per statum suum aliis, quam salutis suae negotiis impliciti sunt, ita operam salutis suae navandam esse, quasi hoc unum haberent negotium. Ita sane inter ipsas opes salvandi potestis, dummodo cor vestrum illis non adhaereat, dummodo earum possessionem non ametis, dummodo non ametis usum, nisi quatenus possunt aliquid salutis vestrae conferre; dummodo tandem seruetis praecaram illam S. Pauli regulam, ne videbitur, earum tuendarum cupiditas magis vos sollicitet, quam si nihil omnino possideretis: Quasi nihil habentes, & non tubemini magis desiderio earum augendarum, quam si jam omnia possideretis. Sed quomodo magis possideri possint thesauri, & non amari? Quomodo te totum tot variis muneribus impendere potes, quomodo tanta sollicitudine terrena curare, & cogitare, ut opus est, de tua salutis negotio? Idem.

Quomodo opus sit vel se salvati.

Observandum est sedulo artem periculosissimam, qua salutis nostrae utitur inimicus, ut trahat in perditionem, esse nos detinere in his voluntatibus generalibus, in infirmitis, imperfectisque voluntatibus, quae nobis abscondunt periculum, in quo sumus, & quae nos fallunt. Nobismet persuademus nos salvos fore, quia non adeo nefarii sumus, ut alii, & quia aliquid bene operamus. Vivimus in fallaci h. c. perfusione; in h. c. perfusissimus, ac semper eandem vitae rationem sectamur, quin vereamur terminum, in quem est desitura: Vis Janus fieri. Joan. 5. Non quero utrum fieri velitis salvi, sed utrum vosmet salvare velitis. Nemo est, qui salvus fieri velit; quippe quis est homo adeo sui ipsius inimicus, qui se aeternum esse velit beatum? Sed pauci sunt, qui se salvare velint, videlicet qui aliquid ad id velint operari, sibi invigilare, se abnegare, & mortificare, quia nemo labore diligenti. Verum Christiani, si nosmet salvare volumus, quid tandem volumus in hac vita? Quis est finis votorum nostrorum, quis ipse nostrae terminus? Ad quid contendimus? Quid metuimus? Ad quid laboramus? Si omnia consilia, omnes conatus, omnes perquisitiones, labores, timores ad solam salutem nostram negotium non referuntur, quod unicum est negotium, quod habemus in terris? P. Girouss in adventu, serm. de falsis desideris salutis.

Exprobrabit Deus reprobum quod salvati non fuerit.

Iusta, sed terribilis exprobratio, qua Deus reprobum corripit, cum dicit illi. Volui te salvare, & noluit, Volui, & noluit. Volui, cum sanguinem effudi meum, eumque fluere passus sum ad eluenda scelera tua, ac te sanctificandum. Volui, cum te per gratiam vocabam, ac eos exerebam conatus vel per ipsum me, vel per ministros meos, ut te moverem, modo assurgens te, modo tibi afferens consolationem, modo minis tibi terrorem incutiens, modo promissionibus excitans, modo alienis exemplis, variisque vitae casibus te erudiens, modo propriis mentis tuae luminibus, tuique cordis sensibus te urgens. Volui; sed noluit. Tu moras, contemptus, repulsa, falsa temperamenta necebas, ut simul mundum, & Coelum, cupiditates, salutemque tuam conciliare. Nunc scena mutata est; noluit me volente, te velle incipiente ego nolo. Idem.

Cura salutis habenda, & quanti momenti sit hoc negotium.

In quo totus homo consistit, Salomon inquit? In hoc ut timeat Deum, pareat illi, atque hoc pacto certam faciat salutem suam: Deum time, & mandata eius observa, hoc enim est omnis homo. E. cle. 12. Ita quicunque sis, subdit S. Ambrosius, quocumque in statu sis, attende tibi: Tibi inquam, sequitur idem Pater non peccantia tua: tibi, inquam, non possessionibus tuis: Tibi, inquam, non viribus corporis; tibi inquam, o christiane, magnum hoc verbum est, ne obliviscaris illius; tibi, anima tua, pretioso huic talento, quod tibi credidit Deus, huic praestantissima parti tui ipsius, ideoque dignissima attentione tua: Tibi inquam, hoc est, anima tua, qua te potior esse nosti. Rationem reddes huius thesauri Deo, qui illum in manibus tuis constituit, ut illum servares. Ne ulli cura parcas: hoc personale negotium tuum est, cuius curam Deus ita imposuit tibi, ut non alius praeter te id valeat

praestare. Idem serm. de cura salutis.

Cur non habes fidei, vel saltem rationis oculos adeo depuratos, ut in salutis tuae negotio bene iudices, de tuae vitae ratione pudore suffundaris coram Deo, exclamabis cum Salomone ac potiori iure quam ille dicere poteris: Stultissimum sum vrorum. Prov. 30. Me sublimi ingenio praeditum putant; credunt me doctum esse, & in negotiorum cognitione peritum; sed cum intus, & in cute quid sim, confidero, fateri cogor nullam esse meam praem stultitiam. Aliena negotia bene curo, & meorum obliviscor. Familiae meae consulio; filios meos proveho, totus in hoc sum; sed quod interim de me fiet? Quodnam erit fatum meum non tam in hac, quam in altera vita? Nihil scio, & id fortasse illud est, cui haec nonnumquam animam advertebat. Utique Christiani, satis, superque consiliorum, deliberationum, curarum, motuum, ut nitentis in mundo, ut vobismet commodam, & opibus disluentem conditionem comparatis, ut agros agris addatis, ut habitatis, unde ingentes sumptus erogetis in supellectilem, & ornatus, in servos, solatia, ludos, aleamque. Hoc primum, vel ut melius dicam, unicum libramentum est, quod tot moveret machinamenta, propter quod tot gerenda suscipiuntur, tot perferuntur labores, tot pericula subeuntur, tot tranantur maria, & propter quod eundem, redeundum, meditandum, vigilandum est, &c. Idem.

Negotium hoc procurabis, sed quandonam? Cum mors animam tuam et corpore sejungens, ac te ex hoc mundo divellens in alterum translatura tibi duos hosce terminos solum relinquet, salutem & damnationem; cum propius illos intueberis, neque inde oculos poteris amovere. Ad id cogitabis, quid quandonam? cum in Dei iudicium raptus ab ipso sortis tuae sententiam praefolaberis. Ad id adverte animam, sed quandonam? tunc fortasse cum praecipis datus in interni flammis in calamitose loco patieris, ac intellesse nullam amplius tibi superesse salutem. Eheu! frater mi, illud ne tempus erit id cogitandi? Quoniam autem erit desperatio non an ea cogitasse? Nulla amplius salus! Hoc tamen meum erat negotium; hoc meam magnum negotium, hoc unicum negotium meum. Negotium meum! Et illius oblitus sum, quasi esset alienum. Magnum negotium meum! Et illud neglexi, quasi negotium omnium minimum. Unicum negotium meum! Et ex omnibus negotiis hoc unum illud est, quod deterui. Idem.

Ne timeas te operam ludere, cum salutem tuam operaris; quidquid agis propter finem adeo aequum, fieri non potest, quo minus te illuc adducat, ne unus quidem gestus, ne una quidem vocula peribit, omnium cogitationum, ac motuum cordis ratio tibi redditor. In hoc negotium istud a reliquis differit, ubi certi non sumus, carae omnes, quas gerimus, motus, quibus angimur, & omnia tandem, quae facimus, profutura, ut res coepit nobis e voto contingant; inopinatum enim fuisse casum, ut omnia consilia nostra subvertat. Serm. MS.

Ex quo Dei filius nostrae reconciliationis opus aggressus est, infinita eius charitas nihil praetermissit, ut illud periret, quoniam omne bonum nostrum a salute animae pendet; nihil ipse nobis praecipit, nisi quod illuc nos adducere possit; vult salutem nostram normam esse officiorum nostrorum, nihilque illi gratum est, quod inde non valeat amovere. Suavis tamen ita miseri, ut in tanta rei oblivione vivamus, vel illam tamquam postremum vitae nostrae negotium spectemus, quamquam Dominus dicat: quid prodest homini, si mundum universum lucratur, animae vero suae detrimentum patitur? Vos igitur sentis carens secundum aeternam sapientiam sententiam, o Nobiles, Doctores, Magistratus, Principes, pauperes, divites, mercatores, opifices; sensu caretis, si vita huius curis nimis impliciti aeternam salutem negligitis. Quid vobis proderit terrenis opibus cumulari, si coelestibus eritis vacui? Utraque tandem amittetis; peritura bona vos derelicta, ac aeternis in aeternum carebitis. Liber cui titulus: Passiones Domini Nostri.

Capiant quidem homines salvari, sed haec vaga sunt, frigida, inutilia desideria, quae concepta & desideria eodem tere temporis momento suffocata, ut Sapiens inquit; necant pigros; desideria sunt, quae fallaci pietate nobismet honori veritatis, & cum quibus volumus servare noxia vincula, commercia venuta, habitus inveteratos, quos abicere nolumus. Desideria sunt Iudaeorum desideria similia, qui postquam tandem Melcham concupisissent, ita duri fuerunt.

Cecitas, & improprie sita hominis adeo parva de salute sua laborat. Quodcumque bene gererimus, semper amissimus, nisi salvamur.

Plerique hominum mira consuetudine salvati & non volunt.

Semper nimis sero ad salutis adverterimus animam.

Namquam irritus labor est, qui sine impenditur salutis.

Quam coardi sit filio dei nostra salus.

Vaga salutis desideria.

fuerunt, ut eum nequaquam reciperent. In sermone Moralibus Tomo 8.

Eto quidem magna conati fuerimus, magni momenti negotiis operam dederimus; insignibus cum laude perfuncti fuerimus dignitatibus; praclata in lucem opera ediderimus, posteris commendata tamquam vigiliarum nostrarum fructum, ac pretiosam ingeniorum nostrorum hereditatem. Ethnici his plura fecerunt; attamen nihil fecerunt iudicio illius, penes quem est humanarum actionum arbitrium. Quoniam abierunt ambitiosa eorum coepita? Quid superest ex tot eorum laboribus, quam iohanne nomen? Quod si adhuc in honore est in terris, ipsi tamen credantur in inferis, & quod primos in mundo gradus occupant, ullumne gradum obtinent in his terribilibus locis, ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat? De la Volpilliere sermone de salutis momento.

Quantumvis flagitiosum sit tuum vivendi genus, tamen non negas fundamentalem hanc veritatem, salutis tuae esse consulendum: vide ergo, quomodo praedice eam oppugnes veritatem, quam theoretice certissimam esse tenes. Mortales omnes inquit, salutis tuae prospiciendum esse; hoc principium est, quod verbo fateantur omnes, & quod omnes facto negant: considera vitam, quam ducunt; quam ibi deprehendis conformitatem cum effato hoc, quod crebris in ore ipsorum versatur, salutis tuae consulendum? Inexplebilis haec locupletandi alienis sumptibus desideria, violenti conatus, quibus super finitimum vicina sese attollere student; furentes isti impetus, odia irreconciliabilia, liberae conversationes, infames voluptates, quibus se mancipant, numquid cum eorum dictis consentiant? Ita ut in ipsis nescio quae fiat contraditio. Veritate coacti, cui repugnare non possunt, dicunt, salutis tuae esse prospiciendum; & simul nescio, qua animae suae perplexitate addunt, se id nolle. Tantum abest, quod velint, ut profusus operam habeant voluntatem, neque enim aliquid morbo liberari velle dicitur, qui tenuit medicinam, & id operatur, quod malum ipsius potest irritare. Idem sermone de humana prudentia.

Plerique hominum mira consuetudine salvati & non volunt.

Si perimus, reliqua sane inanis.

Quid nobis proderit reliquis in rebus votorum summam fuisse consecutos, si huius rei eventus nobis adverterat? Quid nobis proderit fuisse magnos, divites, doctos, ac in mundo celebres, si in omnem aeternitatem erimus miseri? Quem in terris quaestum facere possumus, quem fructum percipere, si summum amiserimus bonum? Et licet universum lucrati fuerimus terrarum orbem, quam funestum nobis hoc esset lucrum, si non nisi per salutis iacturam fieret? ... Eheu! dicens aliquando, quoniam abierunt illa ambitionis, & ultionis consilia, quae coetus voluptatium, quo convivia, ludii, solatia, honores, ac cetera, quae mihi salute ipsa faere antiquiora? Transierunt illa omnia sicut umbra. Idem.

Salutis nostrae negotium praeter ceteris nobis vacandum est.

Quid cogitatis, Christiani, nisi aeternitatem, ac salutis vestrae negotium cogitatis? Aliis quibuscumque inharetis objectis, prout fudent res, ambitio, curiositas, vel alia quavis cupiditas, quae vos agit. Ne momentum quidem negotio aeternitatis impenditis, & negotium hoc, quod omnium est gravissimum, nullo in discrimine habetis. Solliciti minimum estis de rebus inutilibus, ac perniciosis; neque curatis hoc, quod maximi momenti est, & propter quod assidue solliciti esse deberetis. De la Volpilliere, Sermone de Inferno.

Salus est negotium quod ad nos personaliter spectat.

Salus proprie personale negotium nostrum est: cetera quaecumque aliena sunt. Haec, si lubet, negotia sunt ad rempublicam, regnum, forum, bellum, negotiationem, communitatem, familiam, filios pertinentia; sed hoc vestrum est. Ex hoc mundo egressi omnia praeter salutem vestram fecidit, aliena procurasse negotia dicere poteritis, sed in vestro defecit. Sin autem e contra salutem vestram estis operati, ac cetera non cessantur ex animo, negotium vestrum fecidit; hoc enim ad vos personaliter spectat. Praeterea salus praecipuum est negotium vestrum. Magnum autem negotium cetera ita absorbet, ut vix spatium temporis concedat de his cogitandis; immo cum alia male cesserint, consolamur facili, si magnum cedat ex voto. Pro magno negotio nihil inausum, intentatumque relinquatur; omnes adhibentur praecautiones, uni illi assidue vacamus, de illo cum fervore loquimur, momentorum omnium rationem habendam censemus; somnus, & requies amittitur; eorum, quae ad vitam sunt necessaria, obli-

viscimur, movemur, agitatur, in assiduo motu sumus. Hoc praecipuum est negotium; debet ergo praecipuas curas occupare. Mundus, voluptas, fortuna, spectacula, amici, haec omnia non aliud habere debent tempus, quam horas succisivis, & eas, quas praecipuum patitur negotium. Adde his, salutem solum esse negotium nostrum, reliqua sunt pueriles secreta, aulae versutiae, urbium obidiones, principum secreta, aulae versutiae, urbium obidiones, praelia, victoriae, vestigalia, superba aedificia, ingenii opera, haec omnia non sunt finis hominis; & fallitur, qui aliter iudicat: P. Cheminatis in scribitus Pietatis scribitur in libello editis.

In hoc nihil medium sequi possumus, nullum quippe est. Si homo caelestis abrenunciat beatitudini, decidat oportet in statum omnium miserrimum, videlicet damnationem. Si Deus non est suprema felicitas vestra, suprema erit vestra infelicitas; terribilis est haec disjunctio, & salutis necessitatem ostendit. Aliis rebus, quaecumque illae sint, carere possumus, sed hoc non possumus carere bono. Homo pauper, nudus, derelictus, in oblivione, & obscuritate, si salvus est, in omnem aeternitatem tutus est; & nullus indiget rei. Homo dives, felix, in honore habitus, si damnatus, in aeternum est miser. In vulgaribus negotiis aliqua semper spes adest, si minus in vita hac, saltem in altera. In salutis negotio non alia superest spes, & quicumque damnatur, damnatur in aeternum. Totus licet in hominem conjuratio facta mundus irruat, huic coelum eripere, aeternamque inferre calamitatem non potest. Totus licet in aliquo ducis gratiam mundus conspiciat, nequit illum, non dico beatum efficere, si damnatus est, sed neque minus miserum. Hic in eo defecit negotio, quod unum erat necessarium. Idem.

Mirum profecto est videre mortales sensu praeditos mundi negotiis detinere dies, hebdomadas, menses, & annos: ad id secedere ab iis, quae sibi charissima sunt; omni etiam voluptate carere, immo perferre morosissimorum negotiorum fastidium; e mundo egredi, quin cogitaverint unquam, cur in illum fuissent ingressi, unde venerint, & quo post hanc vitam tibi eundem sit, in morte ob aliquam conversionis speciem quietere, atque hoc pacto maxime terribile vadum trajicere. Quo ita capitur anima huiusmodi e mundo egressa, ubi vivit earum rerum omnium, quibus operam navavit, inutilitatem. Post se in mundo reliquit, quidquid illi possidebat, bona, aedes, honores, opes, existimationem, & in ea regione, quam ingreditur, nihil invenit, nisi terribilem paupertatem, cum nullum bonum opus, meritumque nullum praemiserit. Agnoscat sed nimis sero, quam indignum esset curis suis, quidquid occupaverat illam: sola, attonita, stupens, quod omnia sibi elabuntur, quod figura huius mundi, quae illam fascinabat, praeteriit, & quod vacuas habet manus, quo dolore non afficitur? Tunc omnes timores, omnes sollicitudines, spes omnes, & consilia animae in hac vita mortali momento intereunt, nihilque superest illi, quam dolor, & pudor, & quod adeo misere aberraverit. Idem.

Post has omnes cogitationes, sine, quae, Auditor, me ex te querere, quam sit causa terribilis incurrit, qua salutis aeternae tuae negotium negligis? Fatendum est quippe, ex negotiis omnibus, quae tibi praemanibus sunt, negotium aeternitatis illud esse, quod unum omnium maxime negligis, & quod minime tibi curae est. Deus tibi totum vitae spatium concesserat, ut illi vacares, atque nihilo minus requiri censerat, ut illud tibi e voto cederet; & fortasse mors ipsa tibi adest in januis. Quam aetatis tuae partem tanti momenti negotio impendisti? Quot annos illi dicasti? Quot dies? Quot horas, ex toto vitae tuae spatio? ... Quam igitur rationem praetereare vales ejus vitae, quae ab omni ratione sensu tam procul distat, nisi quod nil credis eorum, quae a nobis dicta sunt? Si enim te ipsa credis agi de aeternitate, de infinita felicitate, de malo, quod alia quaelibet complectitur, & excedit; si credis simul & caelo, & terrae animum impendi non posse; tempus breve esse; quodlibet momentum esse posse extremum vitae tuae; si putas tuam esse, ac unice tuam operari salutem tuam: si haec omnia credis, dic mihi quae, quo modo fieri potest, tibi aliam esse quam salutis tuae curam? P. de la Colomiere Tomo 3. Sermon. 46.

Quid de te erit, si haec subsistunt veritates, quae...

Nisi salutem nostram operari fecerimus, necessario in aeternum agimus miseri.

Pauci, ut opus est salutis suae negotio vacent.

Adhortatio, ut fecerit.